

Sanctiones Municipales  
Statum Castri, et Concionis  
editæ per Sereniss. quondam Annum  
Præm. Electarium Farnesium  
ANNO Dñicæ Salutis 1558.

Inv. 19104



D  
1  
210



REP E R T O R I V M.

De pœna portantis aquam de fonte Piscarie Castrî criptarum.  
 Rubricâ. 53. fol. 153.  
 Quòd fons Quercie reparetur, & de pœna facientis in eo  
 spurcitiem. rub. 54. fol. 153.  
 De pœna porcarii euntis ad fontes Castrî criptarum cum por-  
 cis. rub. 55. fol. 154.  
 De pœna Vcellantium in flumine Capite criptarum.  
 Rubricâ. 56. fol. 154.

F I N I S.

*Prentia Statuta publicata fuerit sub die. 8. mensis  
 Feb: vij. 1568. prout in Bardamenti Mag: D. Marij  
 Venturi Parmen' L. V. Doctoris. gnalis. Aud. in  
 apud. m. ~~castrensem~~ dñm Antonium mariam  
 riccum ciuem castrensem a.*

## DE DIE DOMINICO, ET ALIIS

festiuitatibus fideliter obseruandis.

Rub. 1

**I**N primis cum scriptum sit, quòd septimo die requieuit Deus optimus maximus ab omni opere, quod patrarat, & apud gētileis, in primis uenerare Deos. Iccirco statuimus, & ordinamus, quòd in die Dominico & aliis festis infra scriptis, nullus de ciuitate Castri, uel aliunde, de statu nostro, uel forensis sit, cuiuscunq; conditionis existens in dicta ciuitate, seu aliis oppidis nostris, possit nec ualeat aut audeat conducere, seu conduci facere ad aliquem locū dicti nostri status, aliquā rem ad uendendū: uel alio titulo transferendum in aliquam personam, perquam seu qua mediante mercatū, siue forum uel quoque modo species fori induceretur, aut colligi posset, nec etiam pro suo usu, sub pœna, & banno uiginti solidorum, quolibet dictorum casuū, & qualibet uice. Item quòd omnes artifices exercentes aliquam artem: uel ministerium aliquod, cuiuscunq; conditionis, & qualitatis existant, etiam Notarii tenere debeant in dicto die dominico & aliis festis infra scriptis stationes seu apothecas eorum clausas, quas dicto die nullo modo aperire debeant, nec uendere uel emere rem aliquam pertinētem ad eorum artē sub iam dicta pœna, & banno. Addentes tamen quòd in dictis diebus liceat Aromatariis, & Marescalchis dictæ nostræ ciuitatis, & status, tenere ostiū suarum apothecarum apertum, ut possit de eorum ministerio petentibus, & requirētibus respondere, & subuenire. Et quòd à prædictis etiam sint excepti Macellarij, & uendētes panem, fructus arborum, & hortorum, & omnia olera. Item Tabernarii uendentes uinum ad minutum. Item uendētes seu portare uolentes cum personis, seu eorum bestiis

A herbam

## STATVTO RVM.

uolumus, & credi &, & dicti fontes reapari debeant, quoties necesse fuerit, per adjacentes, & confinantes, & per homines de contrata, in qua dum Fontes existunt, secundum quod prouisum fuerit per superstites fontium eligēdos, per consilium dicti Castri, & quolibet anno per totum mensem Martii dicti superstites aptari, & remunerari facere teneantur, ad p̄nam unius floreni Decernētes insuper statuēdo, quod pr̄dicti superstites, & quilibet ipsorum possint adiacētibus dictorum Fontium, pro ipsis fontibus aptandis imponere, quamcunq; pecuniæ quantitatem, quam eis uidebitur fore necessariam, pro aptatione dictorum fontium. Et si quis dictorum adiacentium quantitatem sibi impositam soluere recusauerit, p̄nā unius Iulii qualibet uice incurrat, & nihilominus ipsam quantitatem soluere teneatur. Volumus etiam quod dicti superstites debeāt ipsos fontes signari facere, cum signis consuetis, pro ut eis melius uidebitur expeditū à quibus signis intra, & uersus fontem nulla bestia porcina intrare possit, & nec debeat sub p̄na pr̄dicta, quā signationem dicti superstites facere debeant infra quindecim dies, post aptationem fontium, ad p̄nam quadraginta solidorum pro quolibet superstite in hoc negligente.

### DE POENA VCELLANTIVM

in flumine capitæ criptarū. Rub. 56

VCELLARE in flumine capitæ, neque in fossato aquę mortuæ iuxta dictum flumen nemo possit, uidelicet ab horto Dominæ Imperiæ olim Petri pauli, & ab horto heredum magistri Petri Muratoris usq; ad peionem ullo tempore, ad p̄nam decem solidorum pro quolibet, & qualibet uice.

### OCTAVIVS DVX

Impressum in Terra Valentani per Petrum Mattheum Thesoriū de Foro Sēpronio Anno Dñi. MDLVIII.